

Doctissimo AVTORI Dissertationis

PRAESES

S. D.

Quod saepius inculcare soleo Auditoribus meis, ut experientia rerum sacrarum, ministris Ecclesiae tam necessaria, comparationem non ad ipsum muneris ingressum & usum differant, sed multo ante honesta quavis ratione suscipiant, id Tu imprimis, Amice carissime, laudabili studio & successu tentasti: qui non solum ad veram pietatem Temet exercuisti, sed & aliorum secus viventium attenta observatione impedimenta Christianismi, naturae depravatae fraudes & seductiones agnoscere & cavere didicisti. Locuples hujus rei testis est haec de praedictis practicis Christianismo noxiis disquisitio, Tuo ipsius consilio & industria elucubrata, cujus pium institutum nemo facile, cui pietas & hominum salus cura cordique est, improbabit; ego vero illam non modo animabus errantibus, sed aliis quoque, easdem in viam reducentur, usui fore confido. Deus porro conatibus Tuis benignam auram adspiret, quo metam praefixam felici cursu attingant. Vale.

Beschreib / geehrter Freund! den eiteln Selbst-Betrug
Der unsrem Christenthum so schädlich ist gewesen /
Zeig / daß derjenige nicht könne werden klug
Der solche vor. Urtheil zu seinen Trost erlesen.
So weisest Du zugleich / was diese Schrift vorlegt
Sei allzusest und steiff in deine Brust gepregt.

Durch diese wenige Zeilen Wollte dem Hn. AVTORI
seine Freundschaft bezeugen

M. Sigmund Jacob Apin / Opponens.

Dum praedicti in praxi dispendia monstras,
Judicii specimen das, Ludovice, tui.
Practica sed quare curas? Quia tempora vitae
Naviter in praxi versa fuere tibi.

Judi-